

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Spiritus sanctus f
cum fonte primo

Septem graduum erat ascensus
ciuitatis.

→

Septem uero graduum erat ascensus
eius, et uestibulum ante eam
(Eze. 40:22). Septem gradibus ad portam
ascenditur, quia
per sancti Spiritus septiformem
gratiam aditus nobis uitae caelestis
aperitur.

Gregorius Magnus, *Homeliae in
Hiezechielem prophetam*, 2, 7, 7 (CCSL
142, M. Adriaen ed., p.320, ll.197-200).

Sunt multi qui iam per septem
gradus,
id est
per sancti Spiritus septiformem
graciam aditum uite celestis
inueniunt:
per timorem Dei humiles, per pietatis
studium misericordes, per scienciam
discreti, per mentis fortitudinem liberi,
per consilium cauti, per intellectum
prouidi, per sapienciam maturi.

←

Sunt etenim multi qui iam in septem
gradibus
aditum portae exterioris intrauerunt,
iuxta quemdam supernae dispensationis
modum,

per timorem Dei humiles, per pietatis
studium misericordes, per scientiam
discreti, per mentis fortitudinem liberi,
per consilium cauti, per intellectum
prouidi, per sapientiam maturi,
sed, adhuc quibusdam necessitatibus
obligati, huius mundi curis inseruiunt, et
unde iam ex magna parte excusserunt
animum, ibi adhuc tenentur inuiti.

Gregorius super Ezechielem.

Gregorius Magnus, *Homeliae in
Hiezechielem prophetam*, 2, 7, 11
(CCSL 142, M. Adriaen ed., p.324,
ll.325-333).